



I. N. D. N. I. C.

DISPUTATIO INAUGURALIS,

DE

PACTIS DOTA-
LIBUS, 1639, 2.

QUAM

Auctoritate & Decreto

MAGNIFICI AMPLISSIMIQUE
RECTORUM ORDINIS IN CELEBERRIMA
ARGENTORATENSIVM UNI-
VERSITATE,

AD CONSEQUENDUM SUMMOS IN
UTROQUE JURE HONORES AC
PRIVILEGIA,

Solenni examini subicit

JOHANNES Lindener / Freibergâ-
Misnicus.

Die 2. Februar.

Cicero 1. de LL.

Potius ignorantio juris litigiosa est, quam scientia.

OS(O)SO

ARGENTORATI

Typis JOHANNIS REPPIL

ANNO M. DC. XXXIX.

715.

6

XV

ap.
ur,
us
e-
o-
u-
er-

na-
m-
n-
fa-
go
re-
3.

o-
o-
e-
.2.
nis

re-
ur,
io-
oo,
ad-
na
iva

ris-
ine



GENEROSO, MAGNI-
FICO, NOBILISSIMOQUE

DOMINO;

DN. FRIDERICO *Wetschen*
Toparchæ in Friesen & Reichenbach/

SERENISSIMO,

SAXONIÆ ELE-
CTORI à CONSILIIS INTIMIS,
supremoque Justitiæ
Præsidi,

Domino & Patrono suo

*summa animi veneratione
colendo*

Monumentum istud devoti adfectus crexit in
Academia Argentoratensi
Auctor.



P R O O E M I U M.



Imperatorem Justinianū , Sacratissimum Principem , ab uxore sua Theodora , totum dependisse , Juris annales abundē fidem faciunt. Hinc enata in compendium Rei uxoriā ambitiosa materia. Non quidem ut idē ceu impotētis animi, & velut circa charissimam partem insaniens legislator , habendus sit (quippe nec altera Decalogi tabula, nec anima legis, plerisque capitibus addita , Ratio, talem præsumptionis incertitudinem permittit,) sed qui fragilitate obnoxii sexus, ad curas commotus fuerit paternæ providentiæ æmulas. Hujus utique sollicitudinis monimenta, tanquam conjugalis complexus memoriæ simulacra atque vestigia, subindē in Juris nostri Codicibus extant, & occurrunt multivariē: quæ nobis foeminarum, ut in cæteris actis gestisve , ita in dotalibus negociis immunitates largissimas tradunt , ut ferē hunc posteriorem Legum articulum, singularem (dixerim irregularem ,) adfirmare ausim , cū ad permultas juris communis definitiones insigniter offendat , in tantum, ut etiam aliis mulierum privilegiis deroget. Notum enim est, foeminam, pro alio promittendo , obligationis nexu impediri nequaquam, & tamen si dotem promittat, alterius mulieris nomine, Velleji cessare beneficium. *l. promittendo. 41. pr. de Jure dot. l. si dotare. 12. l. generaliter. 25. C. ad SC. Vell.* Quid de duplici illo ejusdem rei dominio, quod uxor unā cum marito contra regulas habet , ob eundem favorem inducto, de quo in *l. in rebus. 30. C. de jure dot.* sentiemus? Quid de prælatione mulieris, quā illa in dotis re-



petitione præferatur anterioribus creditoribus, etiã expressam hypothecam habentibus, de qua in *l. finali. Cod. qui pot. in pignor. cogitabimus* ? Adde quod ad exactiorem dotis qualiacunque verba sufficiant *l. ad exactiorem. 6. C. de dot. prom.* Quod dotis promissor in majorem summã spondidisse intelligatur. *l. nuptura. 57. de jure dot.* quod Patrona ob dotem pro liberta, quamvis postea ingrata, promissam, teneatur *l. cum post. 69. §. patrona 6. de jure dot.* quod in ambiguis pro dote respondeatur. *l. in ambiguis. 70. de jure dot.* Dicam ergo dotis causam privilegariam, favorabilem, præcipuam. Nec à recta hoc ratione absolum, quoniam Reipub. interest, mulieres dotes suas salvas habere, propter quas nubere possint, *l. reipub. interest. 2. de jure dotium.* Non quod sine dote omninò nubere non possint, quandoquidem etiam absque ea, nuptiæ celebrantur. *l. ul. pr. C. de don. ante nupt.* sed quod non facile, juxta illud Ovveni:

Dic mihi cur ajunt, Musas mansisse, puellas,

In promptu causa est, nil quia dotis habent.

Neque aliquid movet, quod alia possint bona habere, quorum fructibus sublevent matrimonii onus, id enim potius ex jure, quod sine scripto venit, quam ex mente Legum est, quibus penè mulieribus tota substantia in dote constituta, ut loquitur *l. ult. in fin. pr. C. qui potior in pignor.* Hinc dos patrimonium mulieris, in *l. satis. 4. C. in quibus caus. pign.* hinc proprium patrimonium filia in *l. denique. 3. §. ergò. 5. de minoribus.* hinc foeminas de dotibus, ut de patrimoniis suis funerandas esse traditur in *l. in eum. 16. de religiof.* Melius enim visum Romanis fuit, ne mulieres ditescerent, indeque insolescerent, cum foeminae proprium sit superbia, quod Seneca quoque cognovit, dum *6. declam. lib. 2.* scribit: Omnes uxores divites servitutem exigunt: crede mihi, volent regnare in suis divitiis. Unde etiam plerumque

que Patres eas exheredes esse jubebant, unica illis dote reli-
 ctâ, *l. cum unus 10. § ult. de alim legat. l. qui volebat. 61. de hered.*
insti. aut cum eas nuptui collocabant, paciscebantur, ut
 dote contentæ, nullum ad paterna bona haberent regres-
 sum. Cui pacti obtemperabant, quæ religiosæ, quæ
 obsequentes erant, quamvis non cogebantur. *l. pact. 3. C. de*
collationibus. Ut autem tutius foeminarum dotibus con-
 suleretur, non tantum ipsarum natura, affectiones, deq; illis
 constituta jura & effectus certis titulis in *D. & Cod.* con-
 cinnè distributa sunt, verum etiam DE PACTIS DOTA-
 LITIIS, quæ doti accedunt, eamque variè figurant, qui-
 bus Legum frænis regerentur, sequenti titulo, veluti co-
 dicillo ad superiores, quò suppletur, quod illis deest, egre-
 giè sufficienterque provisum est. Novis enim maritis, mu-
 lieres etiam vitam addicunt, ut eleganter *l. lex. 22. §. lex. C. de*
adm. tutor. Quæ Pacta difficilia satis atque spinosa, nec sæ-
 penumerò hætenus in celebribus Atheneis ventilata, pro
 moris ratione, huic hominum ac virtutum theatro Præsi-
 dente Sionis Rege contemplanda, agenda, obsequiosè at-
 que submissè expono. Nam quemadmodum pauperiores
 aliquando donant munuscula ditioribus, quò plus ab illis
 recipiant: Sic indoctiores provocamus nonnullos, ut eru-
 ditiora vicissim illi respondeant. *Plutarch. in moral.*

T H E S I S I.

CUM igitur, docente Aristotele *1. post. c. 1.* ad benè docendum
 oporteat primùm excutere vocabula; àque nominibus auspi-
 candum esse Scaliger moneat *exerc. 359. se. 21.* à quorum usu sæpenu-
 merò provehimur in rei perceptionem, ut Idem ait *exerc. 1. sect. 1.*
 operæ pretium esse duxi, si statim in vestibulo propositi, alteram
 Rerum; Primam autè verborum, (quod etiam Ulpian. *in l. 1. de pact.*
 more Jctis (admodum familiari, facit,) sollicitudinem susci-
 piam.

2. Quod ut fiat, tum vocis divisionem tum ejusdem definitio-

A 3

uero

nem enodabo. Illa circa ὁμωνυμίας explicationem occupata est; hæc circa vocabuli originem, ejusque equipollens versatur. Hoc synonymum vocatur; Illam Etymologia expendit.

3. Et quod ad ὁμωνυμίας (quæ genitrix errorum est, & proindè ad certam aliquam significationem redigenda,) attinet; Pactum dotale sumitur vel latissimè, ut pactum quod cuivis doti accedit, contineat, quo sensu hoc nomen usurpatur vel certè usurpari potest in dote Ecclesiarum vel Sacellorum, de qua in C. cum sicut. 8. ext. de consecr. eccles. vel restrictiùs pro omni pacto, quò de quibusvis Mulierum aliisque bonis convenit, dotis tamen contractui non adjectò, vel propterea, quod Paciscentes adjicere illud noluerint, vel quod nulla omninò dos, constituta fuerit, ut sic notet pactum super bonis uxoris, etiam dotem non habentis, quod posterius pro dotali Pacto habitum est in responso Facultatis Jurid. Ingolstadiensis, inter Consilia Georgii E Werhardi lib. 1. consil. 43. n. 65. & seqq. n. 69. n. 71. n. 87. quodq; probavit & secutus est Ordo Jctor. Inclutæ hujus Universitatis, in causa pactorum dotalium. n. 133. vel strictissimè, pro pacto, dotis Contractui adjecto, de quo r. r. Dig. & Cod. hîc. Atque in hoc præcipuè posteriori significatu, Pacta, de quibus in præsentiarum verba facturus sum, accipio.

4. Pactum alii deducunt ab antiquo pago, ut Wesembec. in pact. Dig. n. 2. quæ vox etiam à conditoribus 12. tabb. usurpatur, ibi: nî pagunt causam conjicito, Cujac. ad l. 6. de pact. alii à Paco, à Pacio alii, vid. Gothofr. ad l. 1. §. 1. de pact. alii ut Ulpianus in d. l. 1. §. 1. à pactione, sed derivatione magis Logicâ, sicuti enim se habet actio ad actum, gestio ad gestum, contractio ad contractum, conventio ad conventum, ita se habet pactio ad pactum. Cæterùm Dotalis, dotalis, à dote dicitur: dos autem ut Græcis etiam δὼς, δωτίνη, à δίδω do; & Festus in verb. dotem, ibi: dotem manifestum est, ex Græco esse, nam δίδωται dicitur apud eos dare.

5. Synonyma sunt: Pactum simpliciter dictum. l. 1. §. 1. & r. r. D. & C. h. pactum conventum. l. 3. h. conventio. l. 4. in fin. h. Lex l. 7. l. 20. §. 1. h. l. 1. C. eod. Pactio. l. 8. h. Pactum antenuptiale. Neostadius de pact. antenuptialib. Pactum dotalitium. Item: Placitum, Consensus, Conditio, voluntas, pollicitatio, promissio, dictum, confessio, argumento vocum illarum quibus aliàs Pacta insigniri solent. Germ. Ehebredungen/ Ehestiffung/ Ehepact/ Ehebedinge/ Ehevermächtnuß/ Heurathsnouul/ Heurathspuncten/ &c.

6. Verum enim verò, ne omnis disputatio verbosa potius futura

tura

tura sit (ut ait Imper. in pr. l. quod cum eo &c.) ad Rem ipsam accis-
gor, cujus alteram, aut præcipuam in me curam suscepi. Leges quip-
pe non verbis, sed Rebus scriptæ sunt. l. 2. in fin. & ibi. Gothof. C.
comm. de Legatis.

7. FINIS & Pactorum, dotalium sunt *Personæ Paciscentes*
(quæ sunt ferè eadem illæ, quæ dotem ipsam jure constituunt, pro-
mittunt, & accipiunt. l. 7. l. 1. §. 1. h. t.) quarum passim sub hoc Tit. in
Dig. & Cod. mentio fit.

8. Tales autem sunt. I. Ipsa Mulier. l. 7. l. 12. §. 2. l. 17. pr. l. 20.
§. 1. l. 21. 22. 24. 26. §. 4. l. 28. 29. §. 2. l. 31. l. 32. h. l. 4. C. h. I. Pater Mu-
lieris sc. filiz, sive eam in potestate habeat sive non. l. 7. 9. 11. 12. pr. l.
19. 20. §. 2. l. 26. pr. §. 5. l. 30. 32 §. 1. h. l. 3. C. h. l. 7. C. eod. III. Mater. arg.
l. 17. C. de iure dot. IV. Avus Maternus. arg. l. 45. sol. matr. V. Cognati.
arg. l. ult. C. de iure dot. VI. Filius & filia furentis, vel ab hosti-
bus capti. l. 8. h. VII. Curator. arg. l. 60. de iure dot. VIII. Mulier
pro muliere. arg. l. ult. C. ad SC. Vell. IX. Maritus. l. 2. 4. 6. 17. pr. l. 22.
24. 26. pr. §. 2. 3. l. 29. pr. l. 31. h. l. 4. 5. 9. C. h. X. Extraneus quilibet. l. 20.
§. 1. l. 29. §. 1. h. l. 1. §. 1. C. h. XI. Generaliter denique omnes, qui dare
repetereque dotem, & à quibus repeti potest. l. 7. pr. l. 1. §. 1. h. ut dict.
th. anteced.

9. FINIS & Pactorum ille est, ut doti constitutz Legem &
formam dent, l. 1. C. h. t. sicut enim alios contractus, ita & hunc in-
formare solent. l. 7. §. 5. in verb. quæ legem contractui dant, D. de pact. l. 1.
§. si convenit. 6. D. de depositi. l. 23. de Reg. iur. quibus paciscentes non qui-
dem in totum & ab essentia Contractus dotalis deflectunt, hoc
enim esset reformare, non informare, exempl. d. l. 7. §. quinimo. l. 58. de
pactis; sed tantum illud agunt, ne ea quæ naturaliter Contractui in-
sunt, præstentur; aut ut ea quæ non insunt, observentur, vide inf.
th. 27. n. 1. 2. 3. haud secus ac in venditore, qui regulariter secundum
Contractus naturam ad Evictionem tenetur. l. 66. pr. de contr. emti.
ex pacto tamen adjecto ea remitti potest, l. 11. §. ult. de action. emti. Alia
autem sunt Contractus alicujus substantialia, alia naturalia, acci-
dentia alia, ut tradunt Dd. communiter. Et loquor ego hîc de pa-
ctis præsertim utilibus, cum etiam super illis, ad quæ Contrahentes
ex ipsa Contractus natura obligati sunt, pacta, sed frustra fieri pos-
sint, quia tunc non ex pacto, sed contractu ipso ea procedunt, licet
ex illa geminatione voluntas eorum magis appareat.

10. Contractus Dotis, quem Pacta dotalitia informant, est
vel Nuda pollicitatio, id est, nudum pactum. l. 4. 6. C. de dot. prom. vel
Pro-

Promissio, id est, stipulatio, eaque aut expressa ut *l. 1.3.5. C. eod.* aut subintellecta, seu tacita, quam Justin. favore dotium, singulari Jure, cum aliis nec ulla in toto jure tacita reperitur stipulatio, uxori ejusque Patri concessit. *l. un. pr. § 1.6.13. C. de rei uxor. act.* vel dotis traditio vera vel quasi. Datio quippè, Dicitio, Promissio contractus sunt, uti Cujac. sermocinatur *in parat. Dig. de iure dot.* Unde & ipsa Dos ab Ipso *ibid.* definitur, pecuniam, malle ego cum *C. I. A. th. 2. de iure dot.* Res, quia latissima hujus est significatio. *l. 5. l. 23. de v. sign. & res* insuper etiam alienæ in dotem dari possunt, verbum v. pecuniæ tantum ea continet, quæ in patrimonio nostro habentur. *d. l. f. marito nuptiarum causa, vel data, vel dicta, vel promissa.* Et datione quidem dos constituitur, *l. 23. ibi: dotis datio. de R. I. l. 22. sol. matr. l. 46. de iure dot.* Dictione & Promissione, Dotis obligatio. Datio porrò si ficta est, fit vel cautione. *l. ult. de serv.* vel cessione Ulpian. *in fragm. tit. de dom. acquir. rer. vel patientia. d. l. ult.* vel Instrumenti auctoritatis traditione. *l. 16. de fundo dotali, vel acceptilatione. l. 41. §. 2. de iure dot.* vel pacto. *l. 44. §. 1. de iure dot.* vel delegatione. *l. 41. §. 3. eod.* vel legati hereditatisve, ut vir dotis causa acquirat, repudiatione. *l. 14. §. ult. de fund. dotali.*

II. Quod vero dotis nuda pollicitatio (non hic distinguo inter pollicitationem & pactum, quatenus utrumque pactum est,) contractus instar habeat, ex Const. Principis est, quæ illam pro Contractu, à sese confirmato legitimoque agnoscit & tuetur. *l. 6. C. de dotis promiss. l. ult. C. SC. Vell. l. 4. C. de dot. promiss. arg. l. 6. de pact. l. 35. §. 5 C. de donat. ibi. ex lege nostra.* Sola enim Legis auctoritas causam efficientem remotam & proximam præstat, ut loquitur Amplifs. Dn. D. Tabor Præceptor & Promotor meus sanctè ac obsequiosè honorandus selectar. *quest. ad par. Wesemb. directarum, disp. 8. q. 7* Nec distinguo h. inter contractum & pactum Legitimum, cum generali appellatione contractus, etiam pacta legitima comprehendendi possint, licet lex illa non peculiari insuper formâ, dotaverit atque insigniverit, (quod tamen Amplifs. Dn. D. Tabor *in d. q. 7. de stipulatione & literarum obligatione dictis verbis effatur,) sed tantummodò simpliciter ad agendum efficacia esse jusserit: Dixi, generali, non enim ignoro contractus speciali nomine, sub alteram speciem, quæ legitimis pactis opponitur, ab Ulpiano *in l. 5. 6. 7. de pact.* relatos esse; hæc ad actionem confirmata sunt; Illi propter naturam & conditionem suam singularem, concurrente eorum necessitate & utilitate, in Rempub Romanam recepti, citra confirmationem specialem, actionem producant.*

12. Urget

12. Urget tamen, quod dici solet, cujusque rei distinctionem à natura intrinseca desumendam esse; Confirmatio autem Legis est merum & purum accidens, igitur sola auctoritas Legis, uti pactum nudum in aliam speciem non transformat, ita nec Pactum Legitimum à Contractu distinguit. Verum respondetur, non hinc de sola & simplici confirmatione sermonem esse, sed quatenus præsupponit Rationem formalem, quæ in hoc Negotium quoddam est, in illo Placitum, quæ vox cum Emphasi pronuncianda est in *l. 1. §. 2. de pact.* propter peculiarem & propriam significationem, quam in hac materia habet, ut opponatur obligationi contractæ seu negotio gesto. *C. l. A. th. 8. de pact.* laudatum ab Amplifs. Dn D. Tabore in *d. disp. q. 4.* Denique, (quod incidenter dico) pacta quæ adjiciuntur, contractui annumeranda sunt, quia non amplius nuda in se placita continent, sed illius pars esse creduntur. *l. 21. §. 4. de act. emti.* & maximè. *arg. l. 7. §. 5. ibi: inesse. de pact.* ubi Bachov. *ad τὰ πρῶτα de pact. adiect. n. 3. pag. 581.* nullamque, quod ad actionis effectum, rationem separatim habent.

13. Verum non erit operæ pretium, in expositione nudæ pollicitationis, quâ ratione illa pro Contractu agnoscenda sit, longè immorari, si Cujacio credimus in *l. 1. de verb. obl.* qui dotis dictione verborum obligationem induci vult; ex quâ simul sequitur verborum obligationem non sola stipulatione contrahi, quod insuper Cujacius probat, exemplò Liberti, jurantis, se donum, munus, operas patrono daturum, idque evidenter demonstratur ex *l. 13. pr. de acceptil.* Omnis enim quæ acceptilatione tollitur obligatio verbis contracta sit, necesse est. Id quod etiam manifestò docet res ipsa. Neque enim nudo consensu, neque Re, neque litteris obligatur Libertus ad donum, munus, operas præstandas, verbis igitur obligabitur. Nam cum expresso consensu obligetur, non potest ejus obligatio referri ad obligationes, quasi ex contractu natas. Itaque vel ex numero obligationum contractu initarum expungenda est jurisjurandi illa obligatio, aut ad verborum referenda obligationem. Et non *obst. l. 1. §. 7. l. 52. §. 2. de oblig. & act. pr. inst. de verb. obl.* ubi ex interrogatione & responsione dicitur verborum obligatio fieri. Nam & verum est, ex interrogatione & responsione verborum obligat. nasci: neque tamen necesse est, inde dicere verborum obligationem oriri tantum ex interrogatione & responsione: Eo quòd nusquam exclusiva particula adpareat. Aliud autem dicendum est de litteris, quibus verborum obligatio non contrahitur, cui

B

etiam

Urget



etiam minimè obft. l. 38. de obl. & act. cum illa vel de litorarum obligatione, vel de fcriptura argentariorum, vel aliis ex folo confenfu corroboratis obligationibus intelligi poffit, Amplifs. Dn. D. Locamerus p. m. Præceptor defiderabilis. *Fafcio. 35. qu. juridic. q. ult.*, fed qui, ab ante ex me dictis, ob argumentum à muto defumptum, ibid. mihi non difsentire videtur, licet enim mutus, propter defectum illius medii, quò ftipulationes fiunt, verborum obligationem contrahere non poffe, dicatur, attamen exinde non fequitur, alias verborum obligationis fpecies in jure noftro non dari, fed excludi; quæ pariter ob ejusdem medii carentiam non fieri poffe manifefturn eft.

14. Confequenter dotis Contractus pro diverfitate fuæ formæ varius eft; Quod fi enim Pactum eft Legitimum, Civilis eft, & ftricti juris; fin' ftipulatio, itidem civilis eft, ftrictique juris; Datio fi eft, Innominatus eft, Prætorius, Realis, bonæ fidei.

15. Quod Pactum Legitimum, Contractus Civilis fit, eò probatur, cum non ex Prætorio Jure, ut Conftitutum. l. 1. pr. de pec. conftit. & hypotheca l. 17. §. 2. de pact. fed ex Conftitutione Principis pendeat. l. 6. C. de dot. prom. junct. l. 6. de pact. quæ utique Juris Civilis Portio eft; Quod ftricti Juris (à parte fc. Mariti, mulieris enim nomine bonæ f. eft l. un. C. de rei uxor. act.) docet l. 1. C. de jure dot. ubi ex pollicitatione datur Condictio, ut ex Promiffione (eam enim legè de nuda conventionem & ftipulationis promiffione ob rem in dotè dandam, non evictionem præftandam, interpositâ, accipio, quia re data & evictâ perindè habet, ac fi nihil datum effet, ideo prima ex conventionem actio fuper eft. arg. l. 98. pr. de folut.) ex ftipulatu actio; conftat autem hanc ftricti juris effe conftent. Cujac. 14. obf. 32. Bachov. 2. D. 7. th. 8. lit. a. Difp. Weſembec. in parat. de jure dot. n. 6.

16. De ftipulatione, quod civilis fit & ftricti juris, res certa eft, v. §. 9. Inft. de actionibus. §. 1. Inft. de v. obl.

17. Dotis datio Contractus innominatus eft, & quidem femper ex articulo, qui locationi conductioni refpondet, do ut facias, fc. nuptias contrahas, quæ conditio tacitè ineft, l. 21. de jure dot. & quæ ceffante evanefcit ipfa obligatio. l. 10. §. 4. de jure dot. l. 41. §. 1. eod. ad. l. 22. eod. arg. l. 83. §. 5. de v. obl. interdum verò etiam commifcentur articuli, ut ex articulo fit, qui Emptioni venditioni ad finis eft, do ne facias & des, id eft, reddas, fi pater, non extraneus dotem dat, quia hic tantum dat ut facias, non autem ut reddas, (puta danti, rectiffimè tamen uxori tuæ, liberisve ejus,) niſi per pactum adjectum. Prætorius eft, non civilis, refpectu cauſæ remotæ, arg. l. 6. C. de trans-

act.

act. l. 1. C. h. l. 14. de precario. quamvis respectu causæ proximæ, ex negocio non incivili, sed civili descendat, in qua significatione terminus *Civilis* accipiendus venit, quando passim in Legibus actio præscript. verb. civilis dicitur. Realis est, quia ex re oritur, id est, dato factove. *arg. l. 7. §. 2. de pact. l. 5. pr. de præscr. verb.* Res enim hinc latius videtur extendi ut & factum notet. *C. I. A. th. 4. de præscr. verb.* Claris. *Dn. D. Locamer. ad pr. Inst. de obl. quare contrah.* Bonæ fidei est, quia in eo bona fides spectatur. *l. 1. §. ult. de præscr. verb.* similis contractibus qui indubitatè bonæ f. esse dicuntur. *l. 5. §. pen. eod.* nec obst. *§. 28. Inst. de act.* cum sufficientem ibi actionum bonæ f. enumerationem non fieri, vel sola. *l. 2. §. 2. de precario,* satis evidenter evincit.

18. Media finem in finem ꝑ ducentia, in sequentibus expenduntur. Primùm enim Pacta dotalia fieri debent in *Continenti* *l. 9. vers. ult. C. h. t. l. 7. §. 5. ibi: in continenti. & ibi. ut puta post divortium.* ff. *eod.* Nam pacta tum pariunt actionem cum insunt. *l. 7. §. 5. de pact. l. 13. C. eod.* Inesse autem tum videntur cum adduntur in ingressu Contractus, ut inquit Ulpian. id est: antequam is perfectus sit & absolutus, *d. l. 7. §. 5. de pact.* insuntque ideò, quia pars esse contractus creduntur. *l. 21. §. 4. de act. emti.* pars verò nulla extra totum est: Econtrariò pacta quæ ex intervallo adponuntur, post contractum scil. perfectum, nec insunt contractui, nec ipsum informant, nisi ex rei interventu; tunc enim utique non quidem inesse, sed tamen implemento rei civiliter corroborata, ad agendum efficacia dicuntur. *l. in traditionibus. 48. de pact.*

19. II. Possunt & ante & post nuptias interponi *l. 1. pr. l. 12. §. 1. l. 28. h. t. l. 2. §. 3. in fin. de reb. cred. nec obst. l. 22. §. 8. ib. pactis videlicet dotalibus, quæ inter eos ab initio nuptiarum inita fuerint & c. soluto matrimonii.* quoniam ea verba, pacta constante matrimonio ineunda non excludunt, sed tantùm id respiciunt, quod communiter fieri solet; nec aliquid movet, quod aliàs jactatur: Positionem & expressionem unius, esse exclusionem alterius, cum hoc verum sit solummodò in rerum tradendis definitionibus, quippe quæ si huic conveniunt alteri non convenire necessum est, per regulam, quâ traditur, duorum non eandem esse definitionem, utpote quid res sit, essentialiter exponentem, duorum autem realiter distinctorum eadem essentia non est: Quod idem obtinet, si sufficientem partium enumerationem instituiamus, cæterùm secus est, ut patet ex *pr. l. de servit. præd. rust. juncto §. 28. de act.*

20. III. Pacta de reddenda dote (& generaliter omnia) inter

inter omnes fieri oportet, qui repetere dotem, & à quibus repeti potest, *l. 1. §. 1. h. sive dos sit Profecticia sive adventitia*; sed hoc intelligendum, si is qui dedit, post datam dotem pacisci velit, quoniam jam acquisita mulieri dos est, antea verò seu initio dotis dandæ, legem quam velit, etiam citra personam mulieris, dicere potest *l. 7. h. t. l. 20. §. 1. eod. sicuti enim alterius est, legem rogare, arg. l. 7. §. 8. de don. int. vir. & uxor. l. 9. C. de donat. l. 21. de contrab. emt. ita domini, legem rei suæ dicere. dd. ll. v. Cujac. 23. obs. 21.*

21. Pacisci & mulierem posse absque curatore probabile est, cum inter parentes & consanguineos negocia matrimonialia, remotis arbitris consensuque Curatoris, tractari soleant, pacta autem in eunda, illis, tanquam minus principalia, accedunt, atque secundum ea regulari debent: adde quod mulier ex contractu in præsentia agnatorum inuito, teneatur, licet Curator non intervenerit. *arg. pr. l. de leg. agn. tutel. cur non ergo itidem ex pactis dotalibus, quia in vim contractus valent?*

22. IV. Pacta conventa in diem conferri possunt, quò non existente non valent *l. 3. h. t. modò mulieris conditio non fiat deterior l. 14. h. id est ut citiore die dos reddatur l. 15. l. 17. h. t.*

23. V. Non desiderant scripturam, *arg. l. 6. C. de dot. promiss. quamvis dotalium sæpiùs instrumentorum fiat in jure mentio, ut in §. ult. 1. de nupt. l. 5. C. h. l. 1. 3. C. de dot. caut. l. 15. C. de pact. cum hæc ex voluntate paciscentium, solum modò probationis causa, non verò ad solennitatem formamque pactorum dotalium, arg. d. l. 6. C. de dot. promiss. dotis, l. fin. §. 1. C. h. matrimonii l. 13. C. de nuptis. aliorumque pactorum l. 17. C. de pact. interveniat. Quod si tamen in scriptis fieri placuerit, non aliter vires habeant, nisi instrumenta in mundam recepta, subscriptionibusque partium confirmata, & si per tabellionem conscribantur, etiam ab ipso completa & postremò partibus (id est suis,) absoluta sint, ut nulli liceat priùs quàm hæc ita processerint, vel à scheda conscripta, licet literas unius Partis vel amborum habeat, vel ab ipso mundo, quod nec tum est completum & absolutum, aliquod jus sibi ex illis vindicare, ut ferè iisdem verbis utar, quæ habet *l. 17. (alias 16.) de fide instrum. quæ licet nullam pactorum mentionem faciat, attamen possunt ea omnia, quæ ibi de contractibus & transactione dicuntur, huc non incommodè referri, cum Pacta adjecta pars contractus esse perhibeantur, ut supra indicatum est. Nec quicquam verenda schola Dd. qui mirificè super illa l. 17. contendunt, inque diversas partes exeunt, quoniam**

verba

verba Legis per se satis clara & perspicua sunt, quemadmodum
 aliàs in contractu simili evidentia verba adhiberi solent, ut in *pr.*
Inst. de emt. & vend. ibi: non aliter &c. & mox: fuerint partib. absoluta.
 Quæ perspicuitas etiam ex oppositæ speciei declaratione adparet,
 ut *d. pr. l. de emt. vend. ibi: emt. nibus quæ sine scriptura consistunt, Item*
in l. 2. §. 1. de contrab. emt. l. 4. C. de peric. & com. rei vend. atque ita se-
 cundum verba Textus *in d. l. 17. respons. est in causa pactor. dotal.*
 ab Amplifs. Ord. Facul. Jurid. Argentoratens. *d. 21. April. 1628. n. 48.*
 explosis Dd. opinionibus mirabili obscuritate rem claram confun-
 dentibus; ut verum sit; quod apud Symmach. *Epistolar. lib. 9. Epi-*
stola 109. legitur: sanitatem Legum plerumque ab ipsis corrumpi,
 quibus curanda mandatur.

24. Alius quæstionis est illud, quando pacta in scriptis fieri
 debuisse credatur? Ad quam respondet Johannes Oldendorpius
in progymnas. actionum class. 4. act. 1. sub defensionibus Rei conventi nu. 4.
 toties intelligi & probari; contrahentes voluisse negotium ex scri-
 pto constare, quoties inter tractandum de Contractu, placuerit
 scripturam intervenire &c. Quam sententiam pariter laudant Sali-
 cetus *in d. l. 17. de fid. instr. & Nicolaus Vigelius in decis. juris decis. 44.*
cent. 2.

25. VI. Fiunt etiam sine Insinuatione Judiciali *arg. tot. tit.*
D. & Cod. hic. quâ in parte Jus Saxonicum à Jure Civili non discedit.
const. D. August. Elect. Sax. 43. part. 2. ibi. So ist es auch genuß &c.

26. VII. Nullis quoque testibus adhibitis consistunt. *arg.*
l. 1. D. & C. hic. quorum tamen saltem duos vel tres d. const. 43. requi-
rit. ibi: wann zwey oder drey Zeugen dab y gewesen.

27. VIII. Paciscentes de Placitis (negociis potiùs,) con-
 venire debent legitimis & Jure validis, quorum variæ passim tra-
 duntur species, veluti: I. ut muliere in matrimonio decedente, etiã
 non extantibus liberis, dos profectitia penes maritum maneat, *l. 6.*
h. l. 12. pr. C. h. quæ aliàs ad patrem reverteretur. arg. l. 6. sol. matrim. l.
4. C. eod. vel ad liberos pertineret. arg. l. 19. C. de coll. II. ne dos adven-
titia, mortua in cõnubio uxore, penes maritum relinquatur. l. un. §.
accedit C. de rei uxor. act. l. 22. de religios. l. 20. de cond. inst. Cujac. 9. obs.
4. quæ aliàs apud illum remaneret. Jure sc veteri d. obs. 4. novô enim
 ad heredes uxoris sive ex tacita, sive expressa stipulatione pertinet
d. l. un. §. 6. III. ut superstes maritus dotem ejusve partem lucre-
 tur, uxor donationem propter nuptias, *l. 2. 12. 24. h. l. 6. 9. Auth. aqua-*
litæ. C. eod. quæ aliàs ad heredes mariti vel uxoris pertinerent. IV. ut

fructus è re dotali, dotis fiant *l. 4. b.* V. ut dos permutetur *l. 21. b.*
VI. ut maritus tantum dimidiam dotem à muliere petat *l. 12. §. 2. b.*
VII. ut fundi dotalis æstimati pretium, quod maritus ex ejusd. ven-
ditiōe bona f. consecutus fuit, in dote sit, *l. 12. §. 3. b.* VIII. ut dotem
promittens non solvat invitus *l. ult. §. 1. b.* IX. ut pactum de fundo
æstimato ipso restituendo remittatur *l. ul. pr. b.* X. ut postremi annū
fructus, uxoris lucro cedant *l. pen. de don. int. vir.* XI. ut mortuā in
matrimonio muliere dos vel tota restituatur *l. 26. §. 2. b.* vel ejus pars
d. l. 26. pr. XII. ut filiā in matrimonio denatā, dos apud virum re-
maneat *l. 6. C. b.* XIII. ut simpliciter res restituatur *l. 6. C. de usufr.*
XIV. ut res eodem pretio restituatur *l. ult. pr. b.* XV. ne dos sit pe-
riculo mariti: & contrā ut sit mulieris vel non *l. 6. b.* XVI. ut res ex-
cantes restituantur, non extantium v. pretia ab initio constituta *l.*
50. sol. matrim. XVII. ut aut res aut æstimatio præstetur *l. 10. §. ult. de l.*
dot. XVIII. ut prædia æstimata, sint inæstimata *l. 29. pr. b.* XIX. ne ab
uxore, ejusve patre, sed alio herede maritus dotem petat *l. 20. §. ul.*
b. 1. XX. ut certā summā præstitā mulier à viro alatur *l. 12. §. 1. b.* XXI.
ne se vivo, neve constante matrimonio dos petatur *l. 11. b.* XXII. ut
muliere sine liberis in matrimonio defunctā, dos restituatur *l. 26.*
§. 2. b. XXIII. ut maritus, si sine liberis uxor in matrimonio discesse-
rit, partem dotis dimidiam retineat *l. 30. b.* XXIV. ut mortem con-
stante matrimonio, muliere obeunte, dotem vir retineat *l. 12. pr. b.*
XXV. ut ob unum pluresve liberos vel dos vel pars dotis retineatur
l. 23. pr. b. XXVI. ut restituatur vel socero, eove præmortuo, cuius
heredi soceri *l. 9. b.* vel quibusdam heredibus ejus *l. 23. b.* aut ut eam
restituendam petat non socer filiusve ejus, sed potius alius heres.
l. 10. b. XXVII. ut dos augeatur *l. 19. C. de don. ant. nupt.* XXVIII. ut
minuatur *d. l. 9. v. sed & si è contrario.* XXIX. ut citiore die reddatur
l. 15. b. l. 17. b. XXX. ut longiore die reddatur, modo filia patri sic
pacifcenti heres extitit *l. 19. b.* vel pactum post divortium fiat *l. 18. b.*
quemadmodum & valet pactum post divortium, ne de rebus dona-
tis vel amotis vel de necessariis impensis agatur *l. 20. b.* XXXI. valet
quoque, si mulier pacta sit ante nuptias, ut ex fructibus fundi dota-
lis, creditor mulieris dimittatur *l. 28. b.* XXXII. validum pactum es-
se arbitror, non tantum si mulier res particulares, sed etiam bona
universa marito superstiti adsignaverit, *arg. l. 4. C. de jure dot. & arg.*
l. 72. D. eod. modò de hereditate nihil dictum sit, nec de ea cogitatum
fuisse ex circumstantiis adpareat.

28. AFFINIA sunt, Pacta, quæ adiciuntur sponsalitiæ lar-
gitati,

girati, donationi propter nuptias, dotalitio: Item quæ adponuntur bonis paraphernalibus, dotalibus vel aliis quibusvis bonis, modò contractui dotis non fuerint annexa, de quibus *sup. th. 3.* item quæ doti Sacellorum ecclesiarumque accedunt, de quibus itidem *supr. th. 7.* item quæ Duario, Viduo, Donationi Morgengabicæ, Geradæ sive supellestili adjunguntur, *v. jur. Sax. lib. 2. art. 30.*

29. Pactorum dotalium **PROBATIO** arbitraria est, confirmabitque Judex motum animi sui ex argumentis & testimoniis, & quæ rei aptiora & vero proximiora esse comperit *l. 21. §. fin. de testibus.* quæ enim argumenta ac quemadmodum probandæ cuique rei sufficiant, nullo certò modo satis definiri potest, sed Judex ex sententia animi sui æstimabit, quid aut cretat, aut parum probatum sibi opinetur *l. 3. §. 2. eod.* Unde non immeritò Treutl. *in vol. 2. disput. 7. lit. a.* à Bachov reprehenditur, quod ad probationem eorū duos vel tres testes, aut insinuationem requirat, cum eodem modo in cæteris conventionibus idem dicendum esset. Cæterum J. Saxoni non nisi saltem per duos testes, vel insinuationem judicialem probantur *d. constit. 43. part. 2.*

30. **RATIO FORMALIS** fundatur vel in Lege, quæ sicuti contractum dotis ipsum, si res aut stipulatio intervenerit, ita pactum ipsi adjectum tuetur *l. 7. §. 5. de pact. vel in Constitutione Principis, quæ, si tantum facta fuerit nuda dotis promissio aut pollicitatio, hanc pro Contractu à se confirmato seu legitumato habet, ejusque adjacens pactum conservat l. 6. C. de dotis prom. & l. ult. C. ad SC. Vell. l. 4. C. de dot. promiss. l. 6. de pact. d. l. 7. §. 5. eod.*

31. **CONSECTARIO RUM** potissimum est, quod ex contractu dotali per adjectionem Pacti formato, formata nascatur Actio, quâ vel Maritus (puta si pactum vel stipulatio intervenerit,) statim matrimonio contracto *l. ult. C. ad SC. Vell.* (antè enim propter hanc, quæ inest, tacitam conditionem non æquè *l. 21. de iure dot.* quamvis interdum eò solutò possit,) dotem quovis modo constitutam petit *l. un. §. 1. 2. C. de rei ux. act. vel Mulier solutò matrimonio aut sola si emancipata, aut si adhuc in potestate constituta fuerit, Pater cū Ipsa, ad Profectitiã & Adventitiã (quâ & heredes mulieris repetere possunt *d. l. un. §. 6.*) dotem, aut filiã mortuã ad Profectitiam, repetendam Pater Solus adversus Maritum ejusve heredes ex tacita stipulatione, quæ intelligitur re ipsa esse subsecuta. *d. l. un. pr. §. 1. 6. 13. C. de rei uxor. act. agit.* Vel Extraneus, qui, dotem dando, specialiter pro Eius restitutione in suam personam pactus est, eam recuperandam
exigit*

exigit *à l. un. §. 13.* nam citra istam expressam Pactionem vel Stipulationem dotem lucratur maritus Jure quidem veteri. *vid. Cujac. 9. obs. 4.* non itidem Jure novo, quò nisi aliud actum sit, pactione puta vel expressâ stipulatione, mortuâ Muliere, actio ex stipulatione sive expressâ sive (quam in divortii factorumque Mariti casum, Imper. Justin. uxori dedit,) tacitâ, in denatæ uxoris heredes transmittitur. *l. un. §. illo proculdubio. 6. C. de rei uxor. act. t. t. Dig. & Cod. sol. matr. dos quemad. petat.* Uti enim legem & formam pacta dant contractibus quibus insunt; Ita & eorum contractuum actiones informant atque innovant, ut non juxta naturam contractus, sed secundum legem formamque Pactionis instituantur, ita loquitur *Wesemb. in Par. Digest. de pact. n. 9.* qui ibid. exemplum venditoris fidejussoribus de Evictione caventis ex *l. 56. de eviction. allegat.*

32. Dixi hanc Informatam Actionem generari ex Contractu dotis per adjectionem pacti formato, quoniam sic loquor tutius, quàm si diceretur: Actionem ex adjecto pacto dari, quia contractus ipse pactò potior est, principaliorque, à potiori autem fit denominatio. *fac. l. 10. de statu hom. adde Wesembec. in par. Dig. de pact. n. 9. Rittershus. de feud. lib. 1. cap. 1. q. 8. & hîc præsertim fieri Sabinus voluit, cujus sententiam per l. 12. de præscr. verb. l. 6. de resc. vend. l. 16. de in diem add. l. 4. pr. de lege commissor. aliosq; juris text. approbatam, ipse profitetur Dn. D. Mejerus in C. I. A. de pact. th. 94. Nec obst. quod in l. 13. C. de pact. dicatur, in bonæ fidei contractibus ex Pacto, in continenti adjecto, competere actionem, & aliàs etiam cum vulgo loquendum sit; quia ibi, quoad prius sc. non propriam aliquam actionem, sed actionem emti, si pactum junctum fuerit emtioni, locati verò, si locationi, intelligi debere, rectissimè monet *Gothofr. in notis ibidem, & amplius etiam actionem præscriptis verbis, si contractus anonymus sit, dicendum est: neque pœnam dare oportet illum, qui accuratioribus clarioribusque verbis, quàm ipsæ leges, utitur, si modò juri sua constet analogia. hîc verò quod ad posterius sc. tamdiu cum vulgo (vulgariter) loqui permittitur, quandiu cum vulgo loquimur; atque hoc modo etiam ad alias Leges ipsumque C. I. A. th. 93. pr. de pactis. respondendum esse existimo, pro qua mea sententia calculum ponit ipse *Cujac. 2. obs. 16.* dum ait: formant ipsam actionem l. 7. §. 5. de pactis, id est, actionem ex ipso Contractu. Nihil igitur aliud operatur pactum adpositum, quàm ut producat, non actionem simpliciter, hæc enim ex ipso Contractu desumenda venit, sed actionem, quatenus formata est.**

33. Ceterà hæc actio interdum erit Utilis, quæ datur extraneo, ad repetendam dotem quam dedit, & quam solutio matrimonio sibi reddi in continenti pactus est, *l. 1. C. b.* simpliciter enim data facit, ut mulieri actio adquiratur, cui postea præjudicium stipulando vel paciscendo facere non potest *l. 9. C. b.* Est autem actio præscript. verbis *l. 6. C. de jur. dot.* quæ & in factum appellatur. *l. 22. in fin. D. de præscr. verb.* ex contractu innominato, do ut des, (id est reddas *l. 26. §. 5. h.*) & utilis, quia lege nominatim non est prodita, sed ex mente & interpretatione *l. 11. D. de præscr. verb.* Ratio hujus rei est, quia actio rei uxoriæ nunquam Extraneo dotanti data fuisse legitur, actio autem ex stipulatu ita demum competit, si in continenti stipulatus sit, & actionem ex tacita stipulatione, quoniam itidem extraneus est, non habet, *l. un. §. accedit. 13. C. de Rei uxor. act.* quoties v. deficit actio vel exceptio, utilis actio vel exceptio est, ut expressim *l. 21. de præscr. verb.* cujus verba (ut obiter dicam,) intelligenda sunt vel restrictivè seu exclusivè, ut emphasis sit, nõ in vocabulo quoties, sed in verbo deficit, & subintelligatur tum demum sicut in *l. 14. D. de rebus cred. §. 1. §. 7. D. si quadrup.* ut sensus sit, tum demum utilem actionem dandam esse, cum actio directa deficit, saltem quoad tuto experiri liceat; vel si adsertivè & simpliciter accipiantur, tum subintelligendum erit, æquitatem actionis vel exceptionis, subesse, quasi dicatur: quoties deficit actio vel exceptio, & tamen actionem vel exceptionem dari æquum est, utilis actio vel exceptio est, quò fac. *l. 2. §. 5. de aqua & aqua pluv. ib. hæc æquitas suggerit, etsi iure deficiamus:* Et quod est apud Quintilianum in *declam. 330. & 350.* quod in defectum legis, Judex debeat sequi id, quod est proximum, sic me docuit aliquãdo, in quodam ad Jacobi Cujacii Paratitla Cod. collegio, Amplifs. Caspar Bitschius Præceptor meus venerandæ Memoræ.

34. Porro hæc utilis actio datur etiam nepotibus ex pacto Avi, pro filia dotem Genero dantis & paciscentis, ut si mulier in matrimonio decesserit, dos nepotibus restituatur *l. 9. h. l. 23. h. l. 7. C. b.* Nõ enim directa competit, propter regulam Juris: Pactum alterius, alteri non prodesse *l. 27. §. pacta qua turpem. D. de pact.* verum utilis est, ex æquitate quæ in Patria potestate fundatur, propter quam ex æquo & bono sibi illa locum invenit, quemadmodum ex pacto Parentis, liberis in potestate constitutis, non datur exceptio pacti, sed utilis id est præscript. verb. & subsidiaria doli exceptio *d. l. 21. D. de præscr. verb. & l. 21. §. nos autem. de pact.*

C

35. Da-



35. Datur insuper hæc actio utilis etiam nepti (quæ hîc persona extranea est,) ex pacto Avi Materni, sed ex speciali ratione, ne commodo dotis privetur; Favore enim nuptiarum & maximè propter adfectionem personarum ad hoc recurrendum est, ut loquitur *l. 45. solut. matrim.* nec mirum est, cum mulieri Jus aded faveat, ut etiam nullo pacto, vel stipulatione intercedente, ei nihilominus ex tacita stipulatione accedat *d. l. ux. §. accedit. 13. ad. §. 2. ead. C. de rei uxor. action.* Quod si tamen neptem in *d. l. 45.* ab avo materno adoptatam dicere velimus, aliâ ratione, nim. ob patriam potestatem, ipsâ actionem adquiri, tenendum est.

36. Confectariorum, quæ ex pactis dotalibus sequuntur, Remissiora sunt, veluti: I. quod, etsi ab initio sint voluntatis, ita ut possint initiò dotis dandæ, etiam citra personam Mulieris pro lubitu, cæteris paribus, adponi; ex post facto tamen, non nisi interveniente utriusque personâ, uti nec adjici, sic etiam nec imminui, immutari, tollique, quoniam jam acquisita mulieri dos est. *l. 7. D. h. t.* II. Quod Pactû Patris nec profit, nec noceat filiæ (postquâs Mulieri, Jus dotis, ut dixi, quæsitû est,) sive solus sive adjunctâ filiâ, sive hæc sola agat, sed Illi experiunt soli aut noceat aut profit: Pactum vero filiæ meliorem Patris conditionem reddens, & ipsi profit, (quia per filiam Patri acquiritur, non filiæ per patrem,) deteriorè, non noceat, nisi junctâ personâ filiæ agat, (quod tamen ipsum in eo casu, quo mortuâ illâ in matrimoniò dos ad illum reversura sit, non obtinere videtur, ut habet *d. l. 7. in fin. h. t.*) filiæ autem regulariter profit aut obstet *d. l. 7. h. t.* III. Quod ex pacto Patris seu quod hîc idem est, ex stipulatione, quæ in illum ipsum, mortuo vero eò in filios concepta est, defunctò patre his actio competat, perindè ac si talis stipulatio interposita fuisset: si navis ex Asia venerit, mihi aut post mortem meam Lucio Titio dare spondes? nam etsi post mortem stipulatoris venisset, heredi deberetur *l. 23. h. t.* IV. Quod filia dotem perperam & ex errore à patre solutam repetere possit, quam eius nomine retinere debebat *l. 26. §. 1. h.* V. Quod mulier propter impensas itineris sui, à marito ex conventionem dotali conferendas, utilem habeat actionem, non directam, quia constante matrimonio hic casus contingit, ubi non, nisi à legibus specialiter concedatur, directam habere potest actionem *d. l. 26. §. 3. h.* VI. Quod pacto filia caventis, ut si in matrimonio sine liberis decessisset, matri suæ dos solvatur, nulla matri queratur actio, sed tantùm exceptio adversus puellæ maritum, si hæres filia solverit *d. l. 26. §. 4.*

Quod

VII. Quod Pater, qui post mortem filiae in matrimonio decedens, dotem sibi reddi stipulatus, deinde crimine capitali damnatus est, mortuâ sic filiâ, dotis actionem non habeat, sed fiscus, nisi post divortium revocatis nuptiis, in matrimonio defuncta fuerit, tunc enim ad primas nuptias pertinet *d.l. 26. §. 1. h.* VIII. Quod pactum Mariti, ut prædia dotalia æstimata, inæstimata sint, constante matrimonio, circumscribendæ mulieris gratiâ paciscentis non quidem impediatur, sed tamen non id efficiat, ut sine periculo suo, ea deteriora faceret, dotis actioni obstructus *l. 29. pr. h.* IX. Quod mulier, exceptione pacti, removere possit Titii heredem, ut reintegratô matrimoniô, illa quantitas, quam aliàs ex stipulatione Titii, in casum mortis & divortii stipulantis, consequi potuisset, dotis fiat, consentientem *d.l. 29. §. 1. h. t.* X. Quod Pater teneatur ex pacto filii, si huic consenserit, ad præstandam donationem propter nuptias, si sc. filius egenus sit *d.l. ult.* etiam si eius nomine nihil expressim promiserit, *arg. l. 1. C. de filiis. & quemadm. l. ult. C. de dot. prom.* XI. Quod denique Pacta dotalia, terminis positis habilibus, semper servanda sint. *l. 1. ibi. legem quam dixisti servari oportet, C. h. t. l. ult. de pact. l. 29. §. ult. b.* Dotemque perpetim meliorem vel saltem non deteriore reddere debeant *l. 2. 14. cum seqq. h. t.* ut insignis hîc sit lapsus Treutl. *qui 2. vol. disput. 7. ab. 7. pacta dotalia ultimæ voluntatis instar mutari posse tradit.*

37. Incidit hîc Quæstio; an Pater doti jam constitutz, pactum causam dotis meliorem reddens, in sciâ filiâ, sed genero præsentem, in hujus præjudicium adponere, filiaq; ex eo, aliquando adversus Maritum heredesve ejus agere cum effectu possit, veluti pactus est pater, ut maritus partem fructuum ex dote provenientium, in dotem conferat, quæritur ergò, an Maritus habeat Exceptionem adversus mulierem, ex eo, quod hæc pacto non interfuerit? Quod negandum esse dico.

38. CONTRARIA sunt, dolus *l. 61. pr. de jur. dot. l. 7. §. ait prætor. de pact. Metus, error. l. 51. de pact. dissensus. l. 58. eod.* Restitutio minoris in pacto, læsi *l. un. C. si adversus dot. l. 12. §. 1. de jure dot.* imò & Majoris *l. 6. §. ult. eod.* vitium in materia hærens *l. 27. §. pacta. l. 28. de pact.* Supervenientia liberorum, si de illis in pactis nihil dictum aut dispositum reperiat. *arg. l. 7. in f. unde liberi. arg. l. ult. de pact. l. 7. pr. de bon. damn.* Item: quæ dotis causam reddunt deteriore, vel substantiæ ejus, bonis moribus & legibus adversantur. *l. 17. h. l. 5. & t. t. D. & C. hîc.* Invalidum igitur Pactum est I. Quod mulierem indota-

tam facit *l. 4 pr. l. 11. h.* II. Quod mulierem ad furandum invitat, veluti ne ob res amotas ageretur. *l. 5. §. 1. h.* III. Quod idem adicitur, ut ne res donata, (quarum donatio J. Civili inter Conjuges prohibita est,) repetantur *d. l. 5. §. 1. h.* IV. Quod impensarum necessariorum inhibet repetitionem, quia dotem Ipso J. minuunt *l. 5. §. 2. h.* V. Quod maritum solummodo ad dolum in dote præstandum alligat *l. 6. h.* levem vero culpam excludit. VI. Quod dotis redditionem in longiorem diem confert *l. 16. h. l. 17. inf. h.* VII. Quod donationem inter virum & uxorem confirmat *l. 22. h.* unde Conventio, ut uxori maritus mercedem fundi dotalis elocati det, non valet. *d. l. 22.* VIII. Quod, ut, filiâ, sine liberis in matrimonio decedente, matri dos solvatur, factum est, actionis scil. respectu, non item exceptionis *l. 26. §. 4. h.* IX. Quod dotis remissionem, ad consequendum Mariti quasi venalem concordiam, continet. *l. 27. h.* X. Quod marito in matrimonio mortuô, superstitionibus filiis communibus, partem dotis liberorum nomine contineri vult *l. 3. C. h.* XI. Quod uxor cum marito fecit, ut illa in matrimonio decedentis filiis dos restituatur. *l. 4. C. h.* XII. Quod ita placuit, ut filia dote contenta sit, quia est pactum de non succedendo, quo renunciatur hereditati. *l. 3. C. de collat.* licet renunciaverit jurato: Jure vero Canonico ex Juramento filiaë firmatur, sive dos sit congrua legitimamq; exæquet, sive non, modò filia dotata fuerit. *arg. C. quamvis. 2. de pact. in. 6. XIII.* Quod liberis ratione maternorum bonorum, ac legitimæ paternæ aliquid detrahit, pro ea scil. parte, pro qua detrahit. *l. 19. C. de don. ant. nupt. in fin. l. 8. §. quoniam de inof. l. 30. C. eod.* XIV. Quod ita conventum est, ut dos sit sterilis penes maritum *l. 2. C. h. l. 4. l. 11. l. 22. h.* XV. Quod quantitatem dotis & donationis propter nuptias inæqualem facit. *l. 9. cum Auth. equalitas & l. 10. C. h.* XVI. Quod maritum in plus quam facere potest obligat. *l. 14. §. 1. sol. matrim.* XVII. Quod ne omninò mulieri dos redderetur, factum est *l. 16. h.* XVIII. Quod omnem dotis petitionem impedit *l. 11. l. 12 §. 1. h.* XIX. Quod, ut in finem matrimonii dos promitteretur, in itum est *l. 20. h.* XX. vel, ut morte viri solutô matrimonio remaneret dos apud virum *l. 3. C. h. l. 2. h.* XXI. vel ne de moribus ageretur. *l. 5. pr. h. t.* XXII. vel ut hereditas uxoris ad maritum perveniret *l. hereditas. 5. C. h. t.* Quod quia adhuc vehementer controvertitur, variis ac perplexis Dd. traditionibus intricatum, non erit sine pretio, si impensius rem ipsam inspiciamus; Et quidem decidendi ratio, quâ Imp. Diocletianus & Maximian. in celeberrimo rescripto dictæ *L. 5.* utuntur, syllogisticè
hoc

hoc modo figurari debet: Quoties aliter quàm testamento datur hereditas extraneo, non jure datur, nec ulla eo nomine actio est; Atqui in facti specie proposita, aliter quàm testamento data fuit hereditas extraneo. Ergo in facti specie proposita hereditas nō fuit jure data, nec ulla eo nomine actio est. Major Propositio consistit in verbis illis, quæ in princ. Legis extant: *Hereditas extraneo testamento datur*: Quod intelligendum est, quasi dicatur, *non nisi testamento*. Nititur autem hæc decidendi ratio, quâ Impp. Dioclet. & Maximian. fruuntur, eō fundamento; quod ut pleraq; alia, non quibusvis, sed tantum legitimis receptisque modis fieri queunt, ita etiam hereditas non quibusvis, sed tantum legitimis receptisque modis & jure probatis dari possit. Atque ejusmodi Propositio generalior hinc quoque erit necessaria, si generaliter de quavis hereditatis datione h. e. non de directa tantum, sed etiam de fideicommissaria concludere velimus, hoc modo: ut hereditas alicui detur, id non quibusvis, sed certis & jure definitis modis fieri debet. Atqui Pactum dotale non est ex numero illorum modorum, ergo Pacto dotali non potest dari hereditas. Hujus generis ratiocinationum exempla, plura in libris juris nostri occurrunt, eaque diligenter notanda. Sic enim in l. 44. §. 1. de obl. & act. Paulus ratiocinatur, *ibi. certis modis*. & Ulp. in l. 8. pr. de his qui sui vel alieni juris: *ibi. quibus casibus*. Imprimis vero frequens, imò admodum familiaris est ille argumentandi & decidendi modus Impp. Diocl. & Maximian. in l. 7. C. de sentent. & interlocut. *ibi. certo iure & in l. 8. C. de ingenuis man. ibi. ingenui nascuntur, libertini manumissione tantum constituuntur & in l. 20. C. de pact. ibi. traditionibus & usucapionibus, dominia rerum transferuntur, quasi diceretur, non quibusvis, sed certis & à jure receptis modis, veluti traditionibus & usucapionibus, ac similibus transferuntur, nisi velim Auctoritate Cujusd. optimi Præceptoris Mei unicum dominii adquirendi modum adserere, ut in d. l. non exempli gratia traditiones & usucapiones allegatæ intelligantur, sed unicum illum à jure receptum modum, qui sola traditio est, eaque vera vel ficta, ut usucapio, exhibeant.*

39. Cæterum adversus hoc fundamentum Primò objici potest, quod in specie pronunciatum illud: *pactis hereditatem dari non posse, de directa hereditatis datione tantum in d. l. 5. dicatur, & malè ergo in genere de quavis hereditatis datione accipiatur*; Absolutè enim ibid. dicitur: *hereditas datur*; hereditatis autem vocabulum absolutè positum κατ' ἐξοχὴν hereditatem directam significat, nec

fideicommissariam sub se comprehendit. *l. 16. de hered. vel act. vend.*
l. 2. §. ult. l. 13. §. 1. de iure Codicill. & hereditatem dare, propriè signifi-
cat. non per fideicommissum relinquere hereditatem, sed recto iure
instituire heredem. d. l. 2 §. ult. de l. Codicill. l. 2. C. eod. §. 2. Inst. eod. De-
indè Minor probari videtur ex eo, quod in d. l. 5. dicitur, Pactū inter-
positum esse vice testamenti; Testamenti autem hoc est proprium,
ut in eo hereditas directò detur §. 34. l. de legat. §. 2. Inst. de fideicomm.
heredit. l. 7. 14. C. de testam. Tertio Minor propositio omnium for-
tissimè videtur probari ex eo, quod hereditatis datio, de qua ibi ser-
mo est, testamenti propria esse dicitur, seu quæ non nisi testamento
fieri potest: sequitur ergò eam directam esse, non verò obliquam.
Ad hanc Objectionem respondetur negando minorem Propositione-
nem in argumento principali: ut enim verba d. l. 5. etiam ad fidei-
commissariam accommodentur hereditatem, facit, quod sententia
illa ad decisionem propositæ facti speciei non quadraret, in qua non
verba directæ, vel imperativa adhibita fuisse proponuntur, sed po-
tiùs vulgaris & inflexa, arg. verbor. vice testamenti. & mox ad mari-
tum pertinerent; quæ verba latissimè patere constat; & iterum sub
finem legis, ibi: nulla te actione posse convenire heredes, seu successores
ejus, ut tibi restituatur; id quod ad fideicommissariam quid heredita-
tem omninò, ad directam verò nullo modo quadrat. Nec obstant
quæ pro minoris probatione adducta fuerunt: nam ad l. quod atti-
net; etsi aliquando κατ' ἐξοχὴν vocabulum hereditatis, de sola dire-
ctæ hereditate accipitur, tamen id nequaquam est perpetuum. Ad
Alterum verò, quamvis testamenti proprium perpetuumque sit, ut
directam hereditatis dationem contineat, non tamen ex eo sequi-
tur, id quoque, quod vice testamenti est, eandè hereditatis dationem
continere, sed potiùs ex eo contrarium sequitur, exemplo Codicil-
lorum, hi enim vel maximè vicem testamenti exhibent, l. 16. de iure
Codicill. Ad tertium respondetur; Testamentum in d. l. 5. in specie
quidem nominari, non tamen quod duntaxat testamento heredi-
tas quævis detur, sed quod præcipuè, sive quod non quibusvis, sed
certis tantum & à jure receptis modis hereditas dari possit, cujus-
modi modum & quidem præcipuum testamentum esse constat,
eandem planè ratione, quàm in l. 20. C. de pact. iidem. Impp dicunt tradi-
tionibus & usucapionibus dominia rerum transferri, ut supra in-
dicatum est. Est igitur in d. l. 5. testamentum exempli gratia so-
lummodò adductum, non quod sit ille unicus modus, quo heredi-
tas

tas Extraneo detur, sed quod fit unus ex illis modis à jure approba-
tis, cæteris (ut sunt Codicilli,) non exclusis.

40. Secundo loco aduersus fundamentum ex *d.l.5.* petitum
obiici possit; decisionem & quæstionem decidendam ibi non esse
de hereditate, sed certis quibusdam bonis. Ait enim lex: bona ejus
quæ dotis titulo tibi non sunt obligata. Verum respondetur, per
ista verba omninò bonorum universitatem adeoque hereditatem,
quam mulier *moriens* post se relictura esset, intelligi, exclusis ta-
men bonis, quæ fortè dotis titulo obligata fuerint marito.

41. Tertio obiici potest quod *Impp.* in *d.l.5.* dicunt: *ut tibi
restituatur quæ nullo modo debentur,* quasi ea quæ nullo modo de-
bentur, opponerent iis mulieris bonis, de quibus in dotali Instru-
mento pactum vice testamenti interpositum erat. Ad hanc objecti-
onem respondetur, verba illa: *quæ nullo modo debentur;* prioribus illis: *quæ
dotis titulo non sunt obligata* (de istis autem pactum interpositum
erat,) non opponi, id quod vel idèd necesse est dicere, quod alioqui
futurum esset, ut decisio à quæstione aberraret.

42. Quarto obiici vel saltem dubitari potest, cum *Impp.*
non dicant, *in testamento, sed testamento,* adeoque vi tacitæ opposi-
tionis, non *in pactis dotalibus, sed pactis dotalibus* Extraneo hereditatè
dari negetur. Sed respondetur hanc objectionem, nostram deci-
sionem non ferire, quia hæc de pactis dotalibus, illa verò de ultimis
voluntatibus, quæ in pactis dotalibus fiunt, loquitur, quæ tamen
præterea sic rectè fieri posse, perfunctoriè omninò negandum exi-
stimo.

43. Præter *d.l.5.* iam aliquo modo expeditam, Alterum deci-
sionis nostræ fundamentum desumi possit ex *l.1. & 3. de her. per. l.31.
§.2. pro socio. l.17. §.1. de adquir. hered. & §.ult. instit. per quas personas cui-
que adquir.*

44. Tertium fundamentum tale est, Si conventiones de fu-
tura successione in Pactis dotalibus factæ, Jure Justiniano ratæ es-
sent, valerent vel ut Conventiones vel ut ultimæ voluntates. Atqui
nec ut conventiones valent, nec ut ultimæ voluntates. Ergò Jure
Justiniano ratæ non sunt. Propositione hîc extra controversiam
positâ, adsumtionem probant, & quidem quoad prius membrum.
l.61. de v. obl. l.4. C. de inutil. stipul. (ex qua lege simul inferitur illas
non tantùm ut conventiones, sed nullo modo valere,) & *l.34. C. de
transact.* quoad vero posterius membrum. *l.19. C. de pact. quarum
Legum*



Legum vel expositionem vel consequentiam vix una atque altera caperet pagella, quamobrem illas hinc merito disquisitioni presentis relinquo.

45. Immota igitur stet sententia & decisio negativa: Pactum scilicet hereditatis in Maritum vel quemvis extraneum transferendae causae conventum, Jure Justiniano ratum non esse; Quam, in gratiam veritatis ac Piam Reminiscenciam, ob Augustas Ingenii partes, multiplicem Eruditionem, Professoriumque Munus, 24. annor. decursu, dextro Genio sustentum Illustris (debito honoris elogio, sic nominandi, *arg. l. un. C. de Profess. qui in &c. Besold. dissert. de Studios. & Magistris. cap. 9. pag. 119.*) admirabilisque Jcti & Antecessoris Caspar Bitschi, Praeceptoris, non tantum fidelissimam Informationem, sed & domesticae felicitatis imputationem, optimè de me meriti, Cujus praecocibus fatibus etiamnum acerbe ingemiscimus, religiosa veneratione propugnandam suscipio. Aperuit autem illam in disput. *Jurid. de difficili & vexatissima questione Juris, An pactus, & quidem in specie dotalibus, dari possit hereditas? habita. ad diem 29. mens. Decembr. Anno 1627.*

46. Excipienda tamen à praedicta definitione Persona Militis omnino est, cum voluntas militum, quae super ultimo vitae spiritu, deque familiaris rei decreto quoquo modo contemplatione mortis in scripturam deducitur, vim postremi judicii obtineat, ex qua rerum compendium deferatur, ut videre est ex *l. 19. C. de pact.*

47. Jure vero hodierno & moribus nostris, (item Legibus Saxonis, modo coram quinque testibus confecta, aut hisce deficientibus judicialiter insinuata fuerint, *d. const. 43. part. 2.*) conventiones de futura Successione, quae in pactis dotalibus sunt, validas esse non eo inficias. Adsentiantur autem mihi imprimis Udalricus Zasius in *l. 61. num. 18. & 50* Joachimus Myns. *cent. 2. obs. 33. n. 10.* Andreas Gailius *2. obs. 126. n. 3.* & alii Dd. penè innumeri, partim ab his citati, partim penes alios facile inveniendi, licet adversus hanc à testimoniis Dd. petitam probationem varia quoque, imprimis *l. 61. D. de verbor. obl. & l. 4. C. de inutilib. stipul.* objici soleant aut possint, quae itidem amicae discussioni commendo.

48. Ast quoniam Dd. cohors, quoad Mores hodiernos, licet vel maximè in Quaestione *an sit*, consentiat, tamen in Quaestionibus *quid sit* (sc. quanam harum conventionum species veluti, an Pacta inter conjuges ipsos & de successione ipsorum conjugum & quidem

quidem pacta mutua sive reciproca, consuetudine recepta sint) & quale sit (quomodo sc. conventiones illæ receptæ ratæque sint, an jure quodam ultimæ voluntatis, atque ita ut liberè usq; ad ultimum vitæ spiritum revocari possint, an vero Jure Contractus, Pacti, vel conventionis, ut revocationem eam non admittant,) egregiè dissentit; Ego quoad quæstionem postremam, quæ communior est, probo illud Ernesti Cothmanni *vol. 3. resp. Juris. 44. n. 124* [quod, ubi conventiones illæ vel consuetudine vel statuto ita invaluerunt, confirmatæque sunt, ut propriè & tamquam conventiones valeant, neque revocari possint, ibi eas neque revocari posse dicamus. Et illud Reinhardi Bachovij *in not. & animadversionibus ad Tr. lib. 2. disp. 7. th. 8. lit. A.* qui in dubio facilè admittere vult, eam explicationem sumendam esse, per quam Juri communi, hîc præsertim justissimis subnixo rationibus, quàm minimùm derogetur; ut hætenus ex pactis deferatur successio, si in eadem voluntate conjuges decedant, non iis libera testandi, & hîc modò autè pactis derogandi facultas adempta intelligatur, & ita pacta hæc dotalia quasi mediâ naturam obtineant inter Conventiones & ultimas voluntates, ut Ipse loquitur *d. loc.* Sumitur autem Jus commune hîc pro illo Jure, quod de ultimis voluntatibus latum & sancitum est, non quod de Pactis, contractibus, vel conventionibus, quippe cui hac in parte vel maximè derogatum est, cum Pacta hoc modo non tantùm facta fuerint successoria, sed etiam revocabilia, quorum neutrum jure communi Conventionum natura admittebat. Atque hæc de Pactis dotalibus successoriis, cætera enim secundum communem naturam pactorum, irrevocabilia manent, ut supra *thesi 36. num. final.* indicatum.

49. Dividuntur Pacta dotalia, in *Judicialia & Extrajudicialia*, in *utilia & inutilia*; Item: quod alia ad *voluntatem* pertineant, ad *jus alia* *l. si pater. 12. §. ex pactis. 1. D. h. t.*

50. Definitur Pactum dotale, quod sit *Pactum, dotis contractui adjectum*. Hæc definitio, si fortè Logicorum præceptis non per omnia quadraret, posset tamè exculpari auctoritatibus Magnorum Virorum, qui aliis rerum tradendis definitionibus, impossibilitatem definiendi profitentur. Locus est notabilis apud J. Ctor. Principem Jacob. Cujacium *in recit. ad rubr. tit. D. de jure fisci.* ibi: Nec jam alia est quærenda definitio fisci, aut explicatio, quàm quæ ex iis, quæ dixi, cerni potest. Nam & fiscus quid sit, satis omnes intelligunt:

D

gunt:



gunt: & facilius hæc res intelligi, quàm exprimi potest. Non minus elegans ac notatu dignum est, quod tradit Franc. Duaren. in comment. ad tit. C. de probat. c. 2. his verbis. Quid sit probare non tam difficile est docere, quàm definire exactè: Si quis definitionem dialecticam requirat, multò difficilius est ita definire, quàm docere & ostendere, quid sit Probare. quid Probatio. Et valdè placet ingenua Augustini confessio, lib. 11. de confessione: Quid est tempus, si nemo ex me quærat, scio: si quærenti explicare velim, nescio. Valeat ergò hæc Pacti dotalitii definitio, si non in vim exquisitæ definitionis, quæ essentiam, saltem in vim simplicis descriptionis, quæ intelligentiam rei claudit. Bald. ad rubric. C. qui admitt. ad bon. possess. Et ut hanc quoque meam disputationem de perdifficili isto juris articulo, finiam, thesisibus etiam hisce descripsisse sufficiat. Licet enim plura ad hæc adduci potuissent, quia tamen sapientibus semper gratissima est brevitatis, gemina monetæ preciosissimæ, quæ in minimo pondere & magnitudine exigua plurimum valet, Ritterf. in art. feud. lib. 2. cap. 9. §. 34. Et aliàs facilis excursus metuendus, illudque in me vulgatum quadraret proverbium: Multa bona dicis, sed nihil ad propositum. Cùm teste Quintil. lib. 3. c. ult. in fin. Uberior semper extra causam materia sit; quia in controversia pauca, extra omnia; malui per compendium dicere, atque cum D. Augustino claudicare in via, quàm currere extra viam. Faveat Amicus Lector conatui, cogitetque tantò esse accusare, quàm defendere; quantò facere, quàm sanare vulnera, facilius, ut iterum Quintil. libr. 5. instit. orat. cap. 13.

AUCTARIA.

I.

Pater filiam locupletem, & in potestate sua constitutam, dotare non tenetur.

II.

Feudum Emittium, Propriam feudi naturam habet.

III.

Filia feudum Patris defuncti à Domino redimere, ut agnatis omnibus preferatur, potest.

FINIS.

ULB Halle
005 714 745


3



VD17







B.I.G.

Farbkarte #13

I. N. D. N. I. C.
DISPUTATIO INAUGURALIS,
DE
PACTIS DOTA-
LIBUS, 16392.
QUAM

715.
6
XVI

Auctoritate & Decreto
MAGNIFICI AMPLISSIMIQUE
RECTORUM ORDINIS IN CELEBERRIMA
ARGENTORATENSIVM UNI-
VERSITATE,
AD CONSEQUENDUM SUMMOS IN
UTROQUE JURE HONORES AC
PRIVILEGIA,

Solemni examini subicit

JOHANNES Lindener / Freibergâ-
Misnicus.

Die 2. Februar.

Cicero 1. de LL.

Potius ignorantio juris litigiosa est, quam scientia.

OS(O)SO

ARGENTORATI
Typis JOHANNIS REPPIL

ANNO M. DC. XXXIX.

